

Bernhard Barnstorff

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Bernhardus Barnstorffius ...
Jesum Vinculis cruciatum & mortis Solutum, deque victis ac vinctis hostibus
gloriose Triumphantem, Serio meditandum proponit, Civesque Omnes ac
Singulos, ut hoc Paschali tempore sedulo id agant, qua decet pietate hortatur
[P.P. sub Sigillo Rectorali A. MDCLXXXVII. d. 27. Martii.]**

Rostochii: Weplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742501450>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

—
1687. Ostern

~~A-1256~~^{48.}

1687

12

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

BERNHARDUS

BARNSTORFFIUS,

Med. Doct. P. & Poliater,

JESUM



VINCULIS cruciatuum & mortis

SOLUTUM, deque victis ac vinctis hosti-
bus gloriose TRIUMPHANTEM,

Seriò meditandum proponit,

*Civèsque Omnes ac Singulos, ut hóc Paschali tempore sedulò
id agant, quã decet pietate hortatur.*



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS WEPPLINGII Univ. Typogr.

M. 1256 48



Ta se habet multarum rerum venustas, ut ex oppositâ deformitate, splendoris augmentum capiat, multoque clariores excellentiæ suæ radios ad objectas turpitudinis tenebras spargat. Quid cælo favente & innubi lætius; minus tamen esset, nisi formâ hanc ei comendabilē nigrarū nubiū faceret deformitas. Solem etsi pulcherrimum, multo tamen gratiorem obscura nox reddit, neque ad spectum lucis ea comitaretur animi nostri serenitas, nisi spissarum tenebrarum horrorem undiquaque diffusis radiis pelleret. Æstatem ex se amœnissimam, plurimum tamen hiems commendat, & glacialia illa marmora, canæque nivis inamœnum velamen. Non afficiunt adeo animum lætissima quæque, nisi quæ antegressi mœroris molestiarumve sequuntur tædium. Sine bello non datur victoria, nulli triumphu sine Marte, lætitiæque triumphantium & gloriæ splendor omnis, ex superatis laboribus herculeis, periculisque vitæ præsentissimis, ceu natali solo nascitur. Ita pariter, prægressi labores, dolores & cruciatus, qui dirissimè habuerunt Jesum Servatorem, augent gloriosissimè resurgentis, deque hostibus victis vinctisque triumphantis splendorem. Servilis forma commendat Majestatem incomparabilem, ignominia gloriam, vincula victoriam. Quem nudius tertius in crucem execrabilem actum, lanceâ & clavis crudeliter penetratum, vubicibus planè lividum, inter latrones flagitiosè meritos suspensum, gravique sarcinâ peccatorum universi generis humani onustum, tristi vultu & contritâ mente aspeximus, luximus: Eundem hoc ipso die, veluti justitiæ Solem ex terræ visceribus & infernali abyssu prodeuntem, comis victoriosis radiantem, Tartareisque spoliis & trophæis coruscantem veneramur, deque tanto salutis Reparatore toto pectore latamur. Triumphorum apud omnes gentes solemnitas & pompa semper quidem fuit maxima. Alexandro Magno Babylonem triumphando ingrediente, totum iter floribus constratum erat, argenteis altaribus ab utroque latere dispositis, quæ thure omnibusque odori-

odoribus cumulata fumabant, leonésque ac pardales caveis inclusi præferebantur. Et meritò Romanorum cum primis splendidissimè actos admiramur triumphos. Quando nimirum Imperatori decretus à Senatu hic honor erat, dictâ die in urbem portâ triumphali admissus, ornamenta triumphalia magnificentiissimè ostentabat. Currum, cujus fastigium bracteis aureis decorabatur, quatuor albiequi ducebant, quin leones etiam, elephanti, tigrides, cervi, prout vel furorem indomitum, vel pavorem hostium exprimere satagebant; Tempora triumphali corona superbiebant, non imperatoris solum, sed & militum, imo & equi currusque hoc ornamento fulgebant; Sceptra ex ebore, aequilam in summitate tenens, elata versabant manus. Præterea ad pascendos voluptate animos, oculosque explendos, urbium, montium, fluviorum, regionumque subactarum nomina & imagines, spolia item & exuviae hostibus detractæ ostentabantur.

*Ostentare suos (ita Claudianus) prisco si more labores,
Et gentes cupeant vulgo monstrare subactas,
Certarent utroque paves à cardine laurus.
Hæc Alemannorum spoliis, Australibus illa
Ditior exubuit, illic flabente Sicambri
Cæsarie, nigra hinc Mauri crinibus irent.
Ipse albis heberetur equis, curumque secutus
Laurigerum, festo fremuisset carmine miles:
Hi famulos traherent reges, hi facta metallo
Oppida, vel montes, captivæque flumina ferrent,
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes,
Inde catenato gemeret germania Rheno.*

Et quod memorabile cum primis est, Duces ex hostibus captivi, catenis onerati tonsique traducebantur, amissamque sic cum libertate dignitatem loquebantur. Quod si in acie intercepti, vel fugâ dilapsi essent, imagines eorum aut vultus præferri solebant, & sub triumphantis pedibus effigiari; idque omne, inter applausus, & acclamationes populi undiquaque confluentis maximas. Verum enim vero, quicquid triumphalis in historiâ quacunque splendoris est, id Solis hodie illucescentis radiis obfuscat subitò. Etenim, seu Victorem, seu hostem devictum triumphoque ductum spectes, victoria incomparabilis, triumphus plane admirabilis est, ad quem omnis

pompa triumphalis, usitataque magnificentia vilescit comparata. Sanè, mortales erant qui triumphabant, utut in summo rerum fastigio collocati, unde tam in ipsa pompâ, quam convivio triumphali suggereretur à quopiam id iusto sonorâ voce: *respice post te*: quò hominem se esse etiam in sublimissimo currû (ceu loquitur Tertull.) triumphans admoneretur. Commendat Homerus Achillem de hostibus triumphantem; eundem verò ad præfagium de imminente morte exhorruisse refert. Ad hæc, fortunæ volubilitatem pertimescere semper opus illiserat, haut ignaris, in apice jam constitutum, ad ima mox deici posse; quapropter à tergo triumphantis Romano more, stare carnifex solebat, qui fortunam, exorata gloriæ carnificem, repræsenteret: explicante ita hunc ritum Plinio. Induperator verò noster, dominantium Dominus, regumque omnium Rex audit, cuius ut vita perennis, ita corona inmarcescibilis & gloria verè immortalis est, qui mortem non tantum non extimuit, sed & eandem comminuit, confregit, devoravit, ita ut vires resumere neutrquam possit. Mutet in humanis rebus fortuna vices & tempora; hic vicissitudini adeo non datur locus, ut perpetuus in omnem aternitatem agatur triumphus. Majestatem itaque gloriosissimè triumphantis quod adinet, ineffabilis utiq; est, ita ut ad eam relata qualiscunque pompa mundana, exquisitissimè licet sumptuosissimeque adornata, uix dici umbra mereatur. Testatam quadantenus eam facit, ministrorû, naturæ excellentiâ omnem mortalium splendorem longissimè excedente præfulgentium, Angelorum scilicet caterva, quorum alii Victori triumphos junctis plausibus lætabundis accinunt, alii gaudio tripudiant, laurós alii ac palmas modo suo præferunt, alii augustum cœlestium florû nimbump lenis manibus inspergunt, verbo: gloriæ incomparabilis fulgore repleta hic sunt omnia. Fide indigna & ridicula sunt, quæ narrant fabularum conditores antiquissimi, de Briareo gigante, magnitudine corporis & robore mortales omnes reliquos antecellente, centimano, tot clypeis strepente, totidemq; enses vibrante: miris modis extollunt Herculem *ἀλεξιαχόν* i. e. malorum depulsorem, veteres; laudantur magno numero Historicis Heroës magnanimi, qui spiritu factisq; heroicis communem excedentes mortalium sortē, hostium mo-
limina

limina singulari virtute declinavere. Ast vana hæc omnia & ad
 hanc potentiam relata, nulla sunt. Hic verè immensæ fortitudinis
 & geminæ quidem substantiæ gigas Deus & homo est; hic verus
ἀλεξιακός, malorum averruncator omnium felicissimus, qui non
 Centauros fictos, Stymphalidas volucres, Geriones, leones Cleo-
 næos, Erymantheosve apros, sed tricipitem Cerberum, horri-
 bilem Beelzebub, luctificum Behemothum, ipsum senecionem
 Acheronta, cum totâ Sathanicâ cohorte, victos, victos, prostra-
 tos in triumphum duxit, nosq; durissimis mortis carceribus man-
 cipatos, pretioso sanguinis lytro exsoluto, faucibus orci ereptos
 veræ libertati restituit. Non in lernæampaludem, vel Augiæ sta-
 bulum, sed infernalem abyssum se demisit, macerieq; sic disruptâ,
 captivam captivitatem duxit. Aurelianum memorant Elephan-
 tos, Leones, Tigrides debellasse. Jesus reviviscens vicit Elephan-
 tum: scilicet, sagaci huic beluæ, quæ Plinio atq; Aliano testibus, re-
 ligione singulari crescentem lunam veneratur, & insidiantium
 conamina miris modis eludere novit, dum prudentiâ venatoris
 majori vincatur, mundum conferimus; qui augmenta crescen-
 tis potentiæ & opum, ceu numen propitium adorat, Jesumq; Ser-
 vatorem, adversâ consiliorum in fraudem compositorum multi-
 tudine opprimere tentabat; deceptus tamen & suamet fraude vi-
 ctus, majori virtuti succubuit. Elephantorum quoq; vari-
 us in bellis olim fuit usus. Memorabile est, quod de Antiocho Re-
 ge historia sacra refert (1. Maccab. 6.). Duxerat is contra Machabæ-
 os Principes numerosissimum exercitum, centum millia peditû
 & viginti millia equitum, elephantorum simul triginta duos, ad
 incunda prælia eruditos. Huic Judas Machabæus cum suis itidem
 copiis in ocursum venit. In ipso autem congressu & ardore præ-
 lii, *vidit Eleazar unam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminentis
 super ceteras bestias, & visum est ei, quod in ea esset Rex, & dedit se, ut li-
 beraret populum suum sibiq; nomen acquireret in æternum. Et currens
 ad eum audacter in medio legionis, stragem edens à dextris & à sinistris
 & cadebant ab eò huc atq; illuc. Et successit pedibus elephantis, suppo-
 suitq; se ei, & occidit eum, ceciditq; in terram super ipsum & mortuus
 ille est.* Hunc elephantum regium fortissimus Eleazar noster
 prostravit. Vehabantur hæc belua, ducum maximi, peltis aureis
 armati, Annas, Caïphas Pontifices, Rex Herodes, Pontius Præ-
 les;


ses; singuli speciosa ratione Christum addicebant morti, illius
 blasphemum, iste ut stultum, hic velut hominum plurimorum
 suffragiis damnatum. Hæc armatura mundus velut turrus ele-
 phantus in Christum ibat; ex hujus bellæ turri, quatuor-viri il-
 li, iudices iniquissimi in innocentem depugnabant. Sed cæsus est
 Elephas, iudices dejecti, prostratus est mundus, ejusq; machina-
 tiones omnes factæ sunt irritæ. Non saxum ostio sepulti advo-
 lutum, non magno numero armati milites, unius mortui custo-
 des obstare poterant: surrexit mortuus, illic ceciderunt. Vicit E-
 leazar noster jureq; meritissimo proclamatur victor: *confidite ego
 vici mundum.* Præterea vicit etiam reviviscens Jesus leonem; at
 illum qui *rugiens circuit querens quem devoret*, de quo antea dictum.
 Vicit crocodilum, mortem scilicet. Cibo piscium, aut humanæ car-
 nis cujus est appetentissimus (referente Plinio & Eliano) croco-
 dilus jam satur, cum ad somnum se componit in litore, avis parva,
 quæ Trochilus vocatur, exporrectam beluam ad hiandum invi-
 tat, pabuli sui gratiâ; & primum quidem os ejus assultim purgans,
 mox dentes, & intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedi-
 nem maximè patulas oberrat. In hæc voluptate crocodilum so-
 mno pressum conspicit Ichneumon serpens, per easdem fauces
 ceu telum quoddam immittit, alvum erodit. Quis ichnevmo-
 nem alvo crocodili insertum conspicit, non putet victum &
 absorptum? Sed hæc callidi serpentis est victoria; dum hostis
 faucibus deglutitur, hostem perimit. Ita planè mors Christum
 glutiit, sed ita quoq; victoriam amisit. Serpenti semet ipse com-
 parat Servator: *Sicut Moses exaltavit serpentem, ait, ita oportet ex-
 altari filium hominis.* Capitalissimus Ejus hostis mors est, Christus
 enim se vitam affirmans, inquit: Ego sum via, veritas & vita. Quid
 ergo mirum, gravissimis odiis mortem & vitam dissidere? Subeun-
 do autem mortem, destruxit eandem, nobisq; æternitatis aditum re-
 feravit. Hi itaq; sunt hostes, de quibus hodiè triumphat Jesus no-
 ster. Colligite ex hinc Cives optimi, victoriæ magnitudinem, tri-
 umphiq; gloriâ, lætitudinè voce acclamantes triumphatori Pau-
 linum illud *Triumphum*: absorpta est mors in victoriam, triumpho
 ducta infernalis potestas omnis. Ubi est, mors, stimulus tuus? U-
 bi tua inferne victoria? Deo autem gratia, qui tribuit nobis vi-
 ctoriam per Dominum nostrum JESUM CHRISTUM. Nostra sane
 res


res agebatur: *Expers peccati Christus, inquit Ambrosius triumphum hunc describens, cum ad ima Tartara descenderet, seras januasque confringens, vinculas peccato animas, mortis dominatione destructas, ex Diaboli rictu erutas, ad vitam reduxit.* Unde Cyrillus ait: *mortem aspectu hujus victoris exterritam, subito ligandam se ultro exhibuisse.* Scilicet, semetipsum mortis vinculis mirabili potentia solvens Jesus, nos simul solvit, dimittique fecit. Receptus apud Judæos olim ritus fuit, solvendi vinculis reos in Festo Paschatos, non habitâ certorum delictorum ratione: siquidem & maximè facinorosis, gratiâ impunitatis facta, quod vel ex Barrabæ, hominis feditiosi & homicidæ, quem ipsa lex Moïsi occidi jubebat, liberatione ab Evangelistis descripta colligere licet. Obtinuit postmodum ritus iste apud Christianos etiam veteres, inq; Ecclesiam ex Synagogâ tranſiit, utut cum reorum aliquo discrimine, id quod vel ex Imperatorum Augustissimorum legibus patet. Ita enim codex Justin. (lib. I. Tit. IV. de Episcopali Audientia L. I.): *Exequantur judices quod indulgere consuevimus, ubi primus dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur. Sed ab his secernimus eos, a quibus contaminari potius gaudia letitiamq; communem, si dimittantur, animadvertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero, vel stupri incestive reo, tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem virginis in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiet vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immunitate non sinit; patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorve moneta, homicida, parricidaq; quod fecit, semper expellet: Reus etiam Majestatis de Domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet &c.* Ad quæ tamen locum notat celebris Jctus Gothofredus, hujusmodi liberationem, relaxationem fuisse potius, quàm veram dimissionem. Sine dubio à Christianis sancta hæc observatio custodita est in honorem salutaris Dominicæ passionis, ut nimirum in diebus illis, quibus mundi Servator miseratione Divinâ reclusis inferni carceribus, peccatores cujuscunq; generis omnes, æternæ mortis vinculis merito suo detinendos, liberavit, humana quoque clementiâ supernæ bonitatis imitatrix esset; id quod Judæorum quoq; insinuavit ritus. Maximo itaq; nobis solatio hæc mortis victoria in adversis omnibus est. Sanè, Job vermibus

scatu-

featuriēns, carnibus jam Corroſis, omni pēcorē abacto, liberis
 ruinā domū obtritis, vix jam offibus hārens, animā incorpore ul-
 ceroſo & in extremis penē labris malē morante, in fineto velut
 in ſepulchro compoſitus, canit tamen: *Scio, quod Redemptor meus*
vixit, & in noviffimodie de terrā ſurecturus ſum. Nos quidem, quan-
 ta Jobus vix unquam patimur, nihilominus eandem Jobi ſpēm in
 ſinu repositam habemus, ſcientes, quod & Redemptor noſter vi-
 vat, quē viſuri, & oculis noſtris conſpecturi ſumus. Quidni ergo
 latiſſima nobis exiſtat dies hęc? Excipiendus omnino ex lege tri-
 umphali, quæ victoribus acclamationes, ovationes, *κρείγμῶσα,*
 ſolemnia feſta deſtinat, Servator noſter triumphans erit. Et accla-
 matione quidem lætā delectatur Victor hic glorioliſſimus; atta-
 men, mentem ad obediendum ſibi promptam, gratitudinis præci-
 pūe ſignū deſiderat. Gentiles, victoribus non triumphos tantum de-
 creviſſe, ſed & alia gratitudinis documenta exhibuiſſe Plutarchus
 teſtatur. Demonſtre, & nos pariter, ſpontaneo potiſſimum piē-
 tatis, quod requirit, exercitio, ceu acceptiſſimo gratitudinis teſti-
 monio, quanti partā nobis victoriam æſtimemus. Audite Paulū, qui
 ubi reſurrectionis victorioſæ myſteriū, compluribus argumentis
 affirmaveſſet, excitandis ad virtutem Chriſtianis addit ſequentia;
Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.
Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſote & immobiles, abundantes in opere Domini
ſemper, ſcientes, quod labor beſter non ſit inanis in Domino. Quemadmodum Chri-
ſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate ambulemus. Hoc
ſcientes, quod beatus homo noſter ſemel crucifixus, ut deſtrueretur corpus peccati, ne
ultra ſerviamus peccato (1. Cor. 15. Rom. 6.). Hęc genuina declaran-
 dæ Hoſpitari noſtro gratitudinis ratio eſt, ne ſcilicet carni ampli-
 ſ & mundo imo Sathanæ ſerviam, veræ libertati virtute trium-
 phantis Jeſu reſtituti. Reſiſtamus ergo Sathanæ, quia reſiſtendo
 vincimus. Vincamus noſtro modo mundum fallacem, car-
 nemque moroſè repugnantem; & ſic non timebimus mor-
 tem, victoriæq; Servatoris à morte, mundo, & Sathanā par-
 tæ, reddemur verè participes. P. P. Sub Sigillo Rectorali
 A. MDC LXXXVII. d. 27. Martii.







res agebatur. *Expers peccati Christus*, inquit
hunc describens, cum ad *intra Tartara* de
confringens, vincit *peccato animas*, mortis
Diaboli *riclu eruas*, ad vitam reduxit. Un
aspectu hujus *victorie exterritam*, subito liga
Scilicet, semetipsum *mortis vinculis* mi
Jesus, nos simul solvit, dimitteque fecit.
olim ritus fuit, solvendi *vinculis reos* in
habitâ certorum *delictorum ratione*: sic
norosis, gratiâ *impunitatis facta*, quod v
feditiosi & *homicida*, quem ipsa *lex Mosi*
tione ab *Evangelistis descripta* colligere
modum ritus iste *apud Christianos etiam*
ex *Synagogâ transiit*, ut ut cum *reorum*
quod vel ex *Imperatorum Augustissimor*
enim *codex Justin. (lib. i. Tit. IV. de Episco*
equantur *judices quod indulgere consuevimus*
lia *extiterit, nullum teneat carcer inclusum, on*
tur. Sed ab *his secernimus eos, à quibus contami*
tiamq; *communem, si dimittantur, animadve*
crilego *diebus sanctis indulgeat? Quis adul*
reo, *tempore castitatis ignoscat? Quis non ra*
mâ *quiere & gaudio communi persequatur in*
vinculorum *requiem, qui quiescere sepultos q*
tate non *fnit; patiatu tormento veneficus, m*
torve *moneta, homicida, parricidaq; quod sec*
etiam *Majestatis de Domino, adversus quem t*
rare non *debet &c. Ad quē tamen locum no*
thofredus, *hujusmodi liberationē, relaxati*
verâ *dimissionem. Sine dubio à Christianis*
custodita *est in honorem salutaris Domi*
mirum *in diebus illis, quibus mundi Servat*
nâ *reclusis inferni carceribus, peccatores*
nânēs, *æternæ mortis vinculis merito suo*
humana *quoque clementia supernæ bonita*
quod *Judæorum quoq; insinuavit ritus. Maxi*
hæc *mortis victoria in adversis omnibus ef*

triumphum
januasque
struenda, ex
it: mortem
exhibuisse.
iâ solvens
ad Judæos
atos, non
ximé faci
hominis
at, libera
nuit post
Ecclesiam
imine, id
patet. Ita
L.I.): Ex
Pascha
dissolvan
uâia lati
is enim sa
incestive
in sum
accipiet
immani
er, viola
flet: Reu
veniâ spe
ctus Go
otius, quâ
oservatio
s, ut ni
ne Divi
eneriso
beravit,
flet; id
s solat io
ermibus
scatu.

the scale towards document



C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Image Engineering Scan Reference Chart TE203 Serial No. Patch Reference numbers on UTT